

Parali-  
sus est in  
terra ubi  
diuinus  
A. or.

quæstiones etiam scholasticas studiose conabor insistere pro deuotionis incitamento &c. Penso equidem, quia dicente Petro Rauen. Si paradysus est in terris uitæ presentis, non inuenitur nisi in claustro, uel schola diuini prædulcis amoris: Solus quippe (ut dicitur etiam Bernardus in suo cantico) expertus nouit cadere, quàm dulce sit lesam diligere: Sed & testis est Vgo de Sancto Vict. Quoniam nihil in uita dulcius sentitur, nil sapidius gustatur, quam amoris Dei fructus mellifluus: Is mentem ab amore mundi separat, nil aliud sic animum inebriat, nil sic contra tentationes roborat, nil sic ad bona quæque stimulat & excitat, ut omne graue, & immane leue, & furue faciat in quouis homine, dum tamen sentiat ueri amoris experimenta: Denique hæc est amoris, & charitatis gratia, in nouquam excidat, sed in perpetuum maneat in statu patriæ, ubi uidebimus Deum & amabimus, amabimus, & tenebimus, & laudabimus sine fine, Amen.

De significatione huius nominis Abba.

S. I



BB A, idest pater. De hoc Apostolus Romi 8. dicit, Accipitis, inquit, spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater &c. Vbi Lyra exponendo dicit, quod Abba pater duo sunt nomina idem significancia. Vnum hebraicum, s. Abba sive syrum, ut dicit Hierony. in interpretationibus nominum hebraicorum, & non mere hebraicum. Alterum autem est latinum, s. pater: Et per hæc duo designat Apostolus secundum eundem Lyram duplicem Dei paternitatem: Vnam que

Hieron.

est communis bonis & malis, qua Deus est pater omnium per creationem. Aliam que est specialis, qua Deus est pater iustorum per gratia adoptionem. Ideo ibidem subdit Apostolus: Ipse enim spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.

Itaque maxima Dei charitas erga creaturas, præsertim rationales claret in hoc scilicet, quod Deus altissimus dignatur dici Abba pater creaturarum ex amore: Ideoque nos maxime tenemur, ipsum Deum reamare, ut patrem, & deuote gratias agere.

VTRVM tori trinitate diuina conueniat dici Abba pater, vel soli Deo patri: Et uideatur, quod soli personæ patris conueniat, quia Christus Marci 14. ad patrem orauit sic: Abba pater omnia tibi sunt possibilia, transfer a me calicem istum: Respondetur secundum Rayne. in summa ubi agit de Dominica oratione, quod dicimus: Pater noster qui es in caelis &c. & doctores, quod pater, uel abba, quod idem est accipi potest aliquando in scriptura personaliter pro patre, scilicet Deo secundum æternam generationem uerbi: Psalmus. Pater meus est, Deus meus &c. Et sic Christus Dei filius naturalis locutus est supra, Marci 14 ut dictum est. Secundo aliquando Abba, uel pater accipitur essentialiter, id est pro essentia diuina, que est unica in Trinitate, & pater secundum creationem. Malach. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrum. Et isto modo Deus Trinitas tota dicitur pater noster: Unde sic accipitur, cum dicimus orando: Pater noster qui es in caelis &c. scilicet pro tribus personis, quæ sunt in unica essentia creatrice diuina, & non pro solo Deo patre, quia totam trinitatem adoramus: Aduertendum autem quod diuina essentia, id est ipse Deus trinitas est pater noster.

Primo creatione, & sic dicitur Abba, uel pater non solum rationalium, sed & omnium creaturarum.

Secundo est pater imaginis participatione, & sic est pater omnium angelorum etiam malorum, & hominum omnium tam fidelium quam infidelium: Deutero. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui

Beata  
Trinitas  
est pater  
noster.

Psal. 3.

S. 2

crea-